

BV4254

L3

C3

V.4

pte. I

Literaria proprietates ad normam legum.
Exemplaria, quae non erunt hoc signo notata adulterina reputabuntur.



FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

DE ALTISSIMO
SANCTISSIMAE TRINITATIS
ARCANO

UNICO ET INEXHAUSTO FONTE RELIQUORUM

LIBER PRIMUS

HOMILIA PRIMA

*Quanta sit praesentis tractationis
difficultas.*

Propter summam Dei excellentiam, et humanae mentis imbecillitatem non solum gentium philosophi, sed qui postea Christo adhaeserunt, exploratum quidpiam, aut certum effari de Deo posse, arduum, ac perdifficile iudicantur. Unde illi, ut scribit Pierius (*Val. lib. 17*), ciconiam pro utriusque rei symbolo colebant inter ceteras volucres lingua carentem, quod opera Dei silenter et secreto fiant, omnisque hominum sermo ad explicanda Dei mysteria habeatur elinguis. Ex nostris vero eximius Ecclesiae doctor Augustinus (*in Psal. 85*) hanc Dei inaccessam celsitudinem, et hominis ruditatem admiratus, inquit: *Quid sit Deus, in cor hominis non ascendit: quid ergo quaeris, ut ascendat in linguam, quod in cor hominis non ascendit?* Cui etiam subscribit magnus ille pater sanctus Martinus (*in professione fidei*), dicens: *Mens humana intelligere non potest, nec oratoria lingua narrare, nec diffusi sermonis bibliothecarum volumina.* Sed praeter ciconiae symbolum prisci gentiles, ut humanae mentis in divinis exquirendis arcanis infirmitatem, et periculum ostenderent, sphynxis usurpaverunt imaginem, quam templorum foribus praefigebant, ut scribit Cartarius (*fol. 380*), significare volentes, divina mysteria intelligere cupientibus cavendum sibi esse ab interitu, quem imago illa Deorum templis praeposita denotabat: nam sphynx monstrum erat, quod ab his qui illud adibant, aenigmata percontabatur, quae solvere nescientes, ab sphynge protinus necabantur. Nec minus commode alii hanc ingenii nostri in rerum divinarum exploratione nimiam aviditatem, et audaciam, papilioni similem esse dixerunt, qui temerario ausu lucernae flammis appropians, et incaute circum-

volans comburitur. Tarditatem denique nostrae cognitionis cum testudine comparant, quae torquentem pertransire conata, protinus demersa fuit. Hinc immensam Dei naturam, et intellectus humani angustias contemplantus Simooides, quo cum natam esse theologiam Plato memoravit, cum ab Hierone, ut scribit Cicero (*Tusc. lib. 5*), interrogaretur, quid, aut qualis esset Deus, deliberandi causa sibi unum diem postulavit; cum idem ex eo postridie iidem quaereret, biduum petiit; cum saepius duplicaret numerum dierum, admiransque Hiero quaereret cur ita faceret? Quia quanto, inquit, dilutus considero, tanto mihi res videtur obscurior. Cum enim multa venerit in mentem acuta, atque subtilia, dubitans quid eorum esset verissimum, desperavit omnem veritatem: unde non immerito Porphyrius (*l. 2. de abst. in.*) dixit, Deum laudari debere puro silentio, et castas de illo cogitationes habendo. Quod multo ante rex sanctissimus, et propheta disertissimus David videtur asseruisse, si d. Hieronymi sequamur interpretationem, nam ubi vulgata loquit, *Te decet hymnus Deus in Sion*, Hieronymus (*interpretat. super eodem loco*) vertit ex hebraeo, *tibi silentium laus in Sion*, nec tamen prior interpretatio posteriori contraria est: non enim illo psalmi versiculo silentium tantum indicitur, nec sola laus imperatur, sed utrumque simul decere Deum ostenditur, cuius laus idem est, ac silentium, cum apud eum omnis nostra laudatio pro silentio habeatur, quod proferunt verba Hieronymi (*ubi supra*) dicentis, *tibi silentium, laus*, vel ut alii vertunt, *tibi tacet laus in Sion*: quoniam nulla tam ampla de Deo potest esse praedicatio, nullus tam angelicus hymnus, nullum tam sublime carmen, quod eius non superetur immensitate, et altitudine percellatur. *Quomodo enim*, ut ait Gregorius (*lib. Mor. c. 7*), *valebit lingua decere, quod non sufficit mens nostra sentire?*

Satis, quae sunt a me praelibata, demonstrant, quam arduum sit, aliquod certum de

008490

Deo, etiam quatenus unus est, affirmare; at si eundem quatenus trinum contemplerur, nullo cerle obscurior, ac magis ineffabilis illius cognitio videbitur: non enim divinarum Trinitas personarum, sicut sola Dei essentia est virtus, et causa rerum creaturarum, per quas sive sint visibiles, sive invisibiles, ut ait Apostolus (ad Rom. c. 1), sempiterna virtus eius, et divinitas ab homine conspiciatur. Unde licet supposita fide aliquod in naturis a Deo conditis relaceat Trinitatis indicium, non tamen per earum vestigia haberi potest, vel potuit notitia Trinitatis, sine sacrae doctrinae, et interioris inspirationis revelatione. Merito ergo me terret tanta profunditas: scriptum enim lego (Ecc. 7): *Alta profunditas, quis inveniet eam?* quae verba sanctus Thomas, Epistolam ad Romanos exponens, intelligit de Trinitate: illa enim vere est immensa profunditas, quae non potest transvariari: quod et Gregorius Nazianzenus insinuat his versibus, de Trinitate loquens:

Immensum exiguâ pelagus sulcare carina,
Et parva aethereum penna volitare per axem
Paranus, etc.

Ubi Trinitatis mysterium cum pelago profundissimo, et axe aethereo, mentem vero nostram cum parva carina, exiguisque pennis comparat. Quid enim aliud est hominis ratio, dum profunda pererrare tentat mysteria, quam linter angustus et fragilis, vastis divini oceanus gurgitibus agitata? Quid nostri ingenioli conatus, dum gessit divina prospicere, nisi auidax parvi culicis, aut scynphis volatus, qui altius solito se tollere nixus, ventorum flatibus arreptus in terram deicitur? Iure igitur de tam alto, et occulto mysterio dictum est a Salomone (Ecc. 4): *Funiculus triplex difficile rumpitur*: adeo namque implicitus, et impeditus est divini huius funiculi nodus, quo tres, et unus pariter continentur, ut humana mens illum non capere, nedum explicare, aut solve- re valeat. Magnus Ecclesiae doctor Augustinus animadversione dignum esse ait, quod omnia, quae Moyses signa fecerat coram Pharaone, ab eius quoque Magis facta fuerint, in tertio tamen signo defecerint: quo manifeste indicatur, ut idem explicat Augustinus, humanum ingenium, atque sapientiam, in tertio signo, id est in contuitu Trinitatis, omnino deficere: ea enim est Dei natura, ut quo magis homo illam scrutari suis viribus satagit, eo occultior lateat, et sublimior exurgat. Unde Propheta (Psal. 63) inquit: *Accedit homo ad eor altum, et exaltabitur Deus*: quod Gregorius Nazianzenus testatur his verbis: *Mentis celeritatem, et subtilitatem effugit, et Iob* (c. 28) *de natura divina loquens: Abscondita est, ait, ab oculis omnium viventium, et volucres caeli latet*; ubi per volucres caeli angelos intelligit. Eapropter David, etsi prae ceteris coelesti scientia illuminatus, humiliter tamen se his verbis demittit, et altiora se non quaevisis proficitur (Psal. 130): *Domine si non est exaltatum cor meum, nec elati sunt oculi mei, nec in mirabilibus super me, ac si diceret: Si voluntas superba non est mei dominata maiora meritis expetentis,*

nec mentis elatio me arripuit sublimiora quaerentem, et quae ingenii mei facultatem superant mirabilia scrutantem; id enim significat: *Nec in mirabilibus super me*: quod Chaldaica interpretatio vertit: *Nec in superatis super me*: quod et sanctus Thomas (super Ep. ad Roma. 12. Lectione 1.) ita explicat: *Si de mea sapientia non sensi arroganter, praescriptos modestiae limites sum egressus, maiores modulo mei intellectus alas extendens.*

Sponsa in Canticis sponsi capillos, per quos intelligit arcana divina, comparat cum palmarum comis sublimibus, iuxta vulgatum interpretationem, ubi legitur: *Comae eius sicut e-latae palmarum, nigrae sicut corvus*. Verum ex Hebraeo, ut Cyprianus Cisterciensis (super Cont. c. 3) advertit, hoc etiam sensu illa Sponsae verba praeclara significantur: *Comae eius sicut tiliac, nigrae sicut corvus*. Itaque Sponsi capillos similes esse sponsa dicit palmae sublimi, necnon tiliac, cuius est modica proceritas: unde carere mysterio non potest tam inusitata similitudo, siquidem cum austri fulgore, vel solis radijs capillorum venustis conferri, non cum palma, aut tiliac consuevit. Cuius rei, ut interim de palma taceam multiplex ratio est. Nam, ut scribit Plinius (l. 16. c. 14), tiliac inter corticem, et lignum tennes habet tunicas multiplices membrana, et quibus vincula fiunt, quae etiam tiliac vocantur, quarum tenuissimae dicuntur philiacae, coronatum tamen nensis celebres, et ab antiquis in honore habitae. Unde Lyricus poeta, ad significandum suo ministro se tenui convivii apparatus esse contentum, inquit (l. 1. Ode ult.):

Persicos oidi puer apparatus,
Displicent nexae philiacae coronae.

Tiliac praefera montes coliti, putredinem non sentit, fructus eius a nullo animalium attingitur, materies odorator, foliorum, et corticis succus dulcis, ac tandem arbor est mollissima, et calidissima, ideoque asiam cito retundit. Hinc igitur Sponsi capilli, qui, ut dixi, divina mysteria significant, assimilantur tiliis, ex quibus et vincula, et coronae fiebant, quoniam sicut pii, et iusti homines ab his mysteriis coronantur Dei spiritu credentes, ita impii, et suo ingenio magis quam Deo acquiescentes, ab eisdem arcana, tanquam vinculis praepediuntur, ne in illarum cognitione progrediantur. Quod mihi redigit in memoriam Arrii, Photini, et Sabellii errorem, atque ruinae miserabilem, quibus Trinitatis arcana, quae iustos coronant, si fide sincera credantur, vincula, et insolenter illa scrutantur, quoniam curiosae, atque insolenter illa perscrutari voluerant. Cetera quae de tiliac natura relinimus, facile pius, ac prudens lector divinis mysteriis aptabit, si ad illa respiciens, haec nostra considerabit. Habitat enim Deus lucem inaccessibilem, immortalis, et aeternus est, cuius domus repleta est odore unguenti, superbis corde resistit, multoque vehementius, quam tiliac repellit a sciam, omnem ille mentis aciem removet, et oblundit: et sicut tiliac fructus a nullo animalium attingitur, ita, quae Dei sunt, ab animali

homine nesciuntur, ut scriptum est (1. Cor. ad 2): *Animalis homo non percipit ea quae Dei sunt*. Quia etiam quemadmodum tiliac mollis admodum, et pariter durissima est, secundum diversas eius partes, ita Deus parvulis est facilis, et sapientibus aditu difficilis: unde legitur dictum a Christo, parvulis, et spiritu pauperibus, hoc est humilibus, mysteria Dei revelari, quae prudentibus, et sapientibus absconduntur (Matth. 10).

Nec solum Deus sua abscondit mysteria, verum etiam eorum curiosos, aut nimium audaces investigatores profligat, et punit: cuius rei, etsi diversa sese mihi offerant exempla, unum tantum, quod a propheta David scribitur, supplicii genus, sub pueri ablactati similitudine, proponam (Psal. 130): *Si non humiliter, inquit, sentiebam: Sicut ablactatus est super matre sua, ita retribuit in anima mea: quod interpretatio Chaldaica sic vertit: Si non posui manum ad os, et tacere feci animam meam*; hoc est, si vanis meis cogitationibus non indixi silentium, in tantae arrogantiae poemam, me Deus a suis iberibus amoveat, ac repellat, veluti mater tenerum ablactat infanlem, qui dulci materni lactis succo repente privatus, paulatim languescit, et debilitatur. Hoc supplicii genus passim contingit haereticis, qui sua nisi sapientia, Dei mysteria comprehendere tentantes, adeo distant a suae voluntatis temerario ausu complendo, ut de illis iure dixerit Apostolus (ad Rom. cap. 1): *Evanescent in cogitationibus suis*; quae verba dupliciter possunt explicari. Primus sensus de vanitate ipsarum cogitationum, et rationum, quae haereticis consilio plene videntur, cum tamen omnino sint prudentiae, atque iudicii expertes. Altera expositio est circa pravitatem animi, et mentis nuditatem, quae solet haereticorum animis accidere, dum illorum mens sanctis spoliatur virtutibus, quippe obsequium non exhibentes fidei, scrutantes scrutinia deficiunt, et facti fidei, et charitatis naufragio, in profundum insipientiae merguntur. Unde iure de illis Paulus (ibid.) dixit: *Obscuratum est insipientes cor eorum*. Haec etiam respicit, quod Deus magnitudinem suam a nemine posse comprehendere, et illius scrutatores iusto supplicio puniendos prophetae Isaiac (c. 6) declaraturus, fumo templum implevit: sicut scriptum est: *Impletum est templum fumo a maiestate Dei, et nemo poterat introire in templum*. Huius loci interpretes, et praesertim Aymon, Anbertus, et Primatus, templum a Deo tam magna caligine perfusum censent, ut inde mens humana coniceret, quibus tenebris abscondita, et quibus latibulis involuta sit divinum cognitio, ut David scripsit, dicens (Ps. 17): *Posuit tenebras latibulum suum*. Semper enim eum, et immensi templi, quod Deus incolit, inaccessio suae divinitatis splendore circumfusa peristromata tenebrae sunt, quibus ab eius intuitu noster arcetur aspectus. Unde Orpheus, ut refert Theodoretus (l. 2. de principis) cecinit:

Conspicuis nulli, quoniam caliginis atrae
Obsistunt nebulae.

Perpendere tamen iuvat, quam ob rem Deus, qui in templum descendens pluribus aliis modis se occultare poterit, fumo potius voluerit se contingere: non solum rei ea se mihi causa offert, sed cum totum obscurat quae occipit, et quidquid ibi est, humano eripit aspectu, verum etiam eorum oculis, qui fumum pervadere, aut cum illo morari audent, ita offendit ac laedit, ut cogat eam lacrymari. Unde poeta Venesinus fumum vocat lacrymosum hoc carmine:

Nisi nos vicina Trivici
Villa recepisset lacrymoso non sine fumo.

Quare divinarum mysteriorum audaces investigatores non solum, quae cupiunt, non intelligent mysteria, sed in eis laeso mentis lumine caligant, aeternoque supplicio affecti plorare non desinent.

Notum praeterea reor esse omnibus, quod de sancto Augustino refertur, licet id etiam nonnulli doctissimi tribuant Albano, qui, ut in Chronico Cisterciensis (l. 5. cap. 3) legitur, cum prope fluminis ripam deambulans, varia, et multa contempleretur, at Trinitatis mysterium intelligeret, peraliam intempesivum tempore aquam fluminis haurientem, et in puteolum ab ipso in arena defossam portare satagentem vidit, cui percontanti, quidnam faceret; respondit, in animo sibi esse totum flumen parva illa scribe includere; quem vir sanctus subridens, iterum cum interrogasset, quando coeptum opus perficere cogitare; quando tu, inquit, mysterium, quod meditaris, intellexeris. Quo responso mire declaratum est, non tam esse difficile fluvium quonvis amplissimum humiliter, et angusto puteolo includere, quam spatiosum, et infinium divinitatis oceanum imbecilli humanae rationis capiti posse complecti. Nec solum incomprehensibilis Trinitas, sed his etiam, quibus revelatur, est ineffabilis, cuius aliqua data cognitio non sermonem, sed stuporem, et silentium nostris mentibus infundit. Unde tres illi discipuli Christi dilecti, quibus et ille magna secreta revelabat, cum in monte Thabor vocem Patris audivissent, dicentis (Matth. 17): *Hec est Filius meus dilectus, tam novi mysterii voce conterriti, et admiratione concussi obtumescentes considerant*. Cur vero, qui gloriam corporis Christi videntes non obtulerant, improprie alacriter dixerat: *Domine bonum est nos hic esse* (ibidem), nunc repente tacet, et considerantur? Patris certe vocem audiverant, qua sibi Filium esse testatur, occultum Trinitatis mysterium revelavit, ideoque non solum terrore mactatus, sed reverentia mysterii turbatus, quod audiverant adorantes, in terram prolapsi sunt. Quas ob res non possum non duabus illis huius argumenti difficultatibus superius propositis maxime commoveri, excellentia scilicet, et magnitudine rei tractandae, ac mentis nostrae parvitate, cum Dei maiestas, et sublimitas tanta sit, ut teste David (Psal. 17), ascendat super cherubim, et volet super pennas ventorum, ipsis thronis, et postestatibus inaccessus, quos in tantam sui ra-

pit admirationem, cum aliquid suae divinitatis eis revelat, ut silentio magis quam verbo, quae in illo vident, admirabilia venerentur. Quomodo igitur humanus intellectus tantis difficultatibus fluctibus arguentibus transfretare poterit, ubi angelorum mens omnino subsistit, et cessat? quomodo mortalis eloquentiae vela pandentur, ubi angelica contrahuntur? Nam, ut ait Basilus (l. 7.) *admiratio, quae maxima est, non parit verbum, sed silentium*. Quod optime noverat Cyrillus Alexandrinus, et Athanasius (in *interpretat. fidei*), loquentes de Verbo divino, cuius admiratione defixi in haec verba proruperant: *Ineffabilis proles, sermo nulla ratione explicabilis, mens insuperabilis, mens invariata, natura inaccessa*. Cum igitur tot incommodis urgeat, et suppliciorum minis contra Dei scrutatores absterreat, magno quidem mihi foret solatio, in tanto discrimine audacter, et vere posse proficere, quod olim Rex sapientissimus Salomon, eximiam sibi coelitus datam esse sapientiam glorians, his verbis iactavit (Sop. 7): *Mihi autem dedit Deus dicere ea sententia, et praesumere digna horum, quae mihi dantur, quoniam ipse sapientiae dux est, et sapientiam emendator*. Non enim alibi Salomonis eximiam sententiam, verborum copiam, sententiarum pondus, amplum et incandens dicendi genus optare opportunius, quam in hac altissimi, et occultissimi mysterii difficili tractatione, qua mihi personarum divinarum ineffabilis Trinitas explicanda est. Qua in re cognoscenda cum humana mens parum se, vel potius nihil assequi mirabitur, vellem illud Esdrae (lib. 4) recordetur, ad quem Dei naturam contemplantem, et quod illam intelligere nequiret, aegro animo ferebam, misit Dominus angelum suum, qui eum de humilibus, ac minimis rebus sibi respondere iuberet: *Pondera mihi, inquit, ignis pondus, et mensura mihi flatum venti*. Si ergo difficilia aestimamus, ut Sapiens (c. 9) ait, *quae in terra sunt, et quae in prospectu sunt, invenimus cum labore, quae in caelo sunt, quis investigabit?* Si vitrum, ut scribit Chrysostomus, alicui ostendatur, qui nunquam illud viderit, idque ex herba, et flatu factum dicatur, nunquam tamen modum, quo res illa, quamvis minima, fieri poterit, nisi oculis asserta cernat, vix sibi poterit persuadere: quid ergo mirum, cum alterius hominis non intelligas artificium, si Dei mysteria non assequaris? Nunquid tu, qui sapientiam tibi arrogas, respondere poteris, quomodo terra, quae gravitate deorsum pendet, in medio aequarum sese librato pondere sustinet? vel quomodo mel apes, aranei telas, aut bombyces sua fila contextant? Quod si animalulorum, et verminum opera non capis, quomodo tantum tibi assumis, ut divini pectoris arcanam cognosci ab te posse praesumas? praesertimque hoc omnium maximum, quod omnia superat secreta, et quo nihil est in ipsa divinitate secretius. Consonum igitur est, ut omnes, si non digno sermone possumus, eo saltem quo fas est eloquii supplices veneremur incomprehensam Dei naturam, et insuperabilem Trinitatis altitudinem, quam ego quidem pronus ac supplex adoro, meum professus ti-

morem, tantum arcanorum pelagus humiliter et parvo ingenio mihi linte tranare horrescens, cum in tam vasta, et periculosa navigatione scientissimus quisquis nauclerus possit, et debeat formidare naufragium. Verum ne aliquo errore devii syrtibus, et angustiis humanae rationis intercipiatur, respiciendum nobis crebro fidei sidus est, ut ubi lux humanae sapientiae deficit, aut aliter, quam oportet, suadet, illa tanquam magistra, et gubernatrix cursum dirigat cognitionis. Nam quemadmodum nostrum oceanum pernavigantibus polus unus praefulget, et ab eo recedentibus, et alia quasi alterius orbis maria petentibus, illico alter polus navigationis dux apparet: sic in rebus cognoscendis divinis summa, et admirabilis Dei nostri providentia, non solum per creaturarum vestigia, quibus humana ratio iuvatur, sed etiam per fidem mysteriorum, et sacra oracula suam nobis naturam revelavit. Quoniam vero non satis est ad faciem, et felicem navigationem sideris ductum sequi, nisi pariter etiam grata Spiritus sancti aura perfaverit, illam mihi, et vobis fratres charissimis, ut dicentis, et audientium fructus par sit, ab eo, de quo dicturus sum, Deo uno, et trino, largiter impartiri, suppliciter deprecor.

HOMILIA II.

Verbis Mercurii Trismegisti, quibus Dei natura sub sphaerae similitudine describitur, explicatis, tractata in homilia superiori difficultas magis apparet.

Magnus ille Mercurius Trismegistus, id est, ter maximus ob triplicem eius sapientiam vocitatus, tot ac tanta divinae naturae mysteria paucis insinavit, ut cuiusvis vel acutissimi, et sapientissimi hominis praeclearum ingenium ab investiganda Dei natura, et sempiterna virtute facile deterreat: *Deus est, inquit, sphaera intelligibilis, cuius centrum est ubique, circumferentia vero nullibi* (Merc. Trismeg. in *Pimandro*). Sed quoniam suscepti operis ratio facit, ut quod audaciae ascribi posse videtur, attribui debeat officio, quae in hac Trismegisti descriptione lateant arcanam, sigillatim aperiam, ut quae sit Dei natura, aliquantum innotescat. Deum ille vocat sphaeram, quoniam principio caret, et fine, quod apud prophetam Isaiam (c. 6) significatum est per illos spiritus, qui Dei caput, et pedes alios contangebant. Aegyptiorum sacerdotibus figura eiusdem rei fuit circulus, ut Pierius (lib. 39) tradit, quoniam sicut circulus principium, et finem non habet, sic Deus nec unquam coepit, nec tempore terminabitur. Quam ob rem Pythagoras, ut Deum sempiternum ostenderet, a discipulis suis circumacti corporis adorari iubebat, et teste Biononio, fuit a Numa Pompilio statutum, ut Deum adorandi in orbem se converterent; quem morem antequam Galli praec-

lium inirent, observare solebant. Unde Marcellus Imperator cum Gallis praelaturus, eorum gyrum, et turburam metu in gymnasium se vertere incipientem perficere circulum compulit, religionem praeclorens, ut equi sui pavorem excusaret. Sphaeram Deum etiam appellat Mercurius, quia, ut mathematicorum vulgata sententia est, et figura sphaerica comprehendit omnes figuras, et a nulla comprehenditur, quod in Deo multo perfectius invenitur, quippe omnem ille solus virtutem, atque perfectionem creaturarum capit, et continet, nec tamen ab earum aliqua comprehenditur: *In eo enim, ut ait Ecclesiasticus (cap. 24), omnis gratia vitae, et veritatis; sive ut alii legunt: Omnis gratia vitae; hoc est omnis pulchritudo creaturarum, id enim nomen vitae illic significat, ut apud Iob (cap. 41): Ipse est principium viarum Dei*. Quo etiam spectat, quod scripsit David (Psalm. 45): *Pulchritudo agri mecum est, videlicet florum omnium, et herbarum varietas, et venustas, quae decorantur agri, in me est ab omni gelu, et aestu secura, nec in me unquam arescit, aut marcescit; immo quod mirabilis est, in me quaeunque creata sunt, et quae iam perierunt, perpetuo vivunt, ut Evangelista Ioannes (cap. 10) dixit: Quod factum est, in ipso vita erat*. Et quoniam Deus omnium rerum prima, et universalis causa est, fieri non potest, quin universalis in eo, tanquam in principio, et superna omnium virtute, quidquid in eis perfectionis est, reperitur, quo naturae principio nixus Averroes (5. *Metaphor.*) dixit: *Nec deest illi aliqua nobilitas, quae invenitur in rebus Aegyptii, ut scribit Caelius Augustinus (in addit. ad Pier.), ad significandum omnium creaturarum perfectiones in Deo sitas esse, panthera, quam poterant colorum varietate, pingebant. In cuius etiam rei signum Eusebius Caesariensis, et Eugubinus scribunt, in Alexandriae urbe fuisse statuum omnibus lignorum generibus fabrefactam, et distincto emblemate ornatum, cuius ventrem, ac pectus, ut referi Pierius, multiplici rerum varietate completum erat, ut illa imagine quidquid in rebus perfectionis est, in Deo esse perfectum, et excellentius ostenderet. Non enim, ut ait Dionysius, est Deus hoc, et hoc, sed omnia est, ut omnium causa. Nec solum sphaerae nomen Deo convenit, quoniam res omnes continet, et a nulla ipse continetur; verum etiam quod illius aeternitatis complectens omnem annorum seriem, nullo numero clauditur, ut David scribit, et explicat Basilus: *Mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesternae, quae praeteriit* (Psalm. 89). Hoc nititur fundamento acuta, et ingeniosa sancti Iustini (in *dial. cont. Tryph.*), et Irenaei martyris expositio loci Genesios: *In quaeunque die comederis, morteris; morte scilicet corporis, et animi, ut communiter declarant interpretes: nam licet Adam postquam transgressus fuit, tamdiu vixerit, vere tamen mortuus fuit, qua die peccavit, quoniam, ut Irenaeus (lib. 5. *contr. Haeret.*), et Iustinus bene interpretantur, dies illa Dei erat dies, quae mille annos pertingit, quos nec Adam, nec ex eius posteris aliquis complevit,**

ideoque quamvis longo tempore vixerit post inobedientiae, et gulae delictum, quo tamen die peccavit, tam animo, quam corpore perit. Huic expositioni conveniunt verba Iob (c. 24. et cap. 36), dicentis: *Qui novorum cum, ignorantis eius: et alibi: Numerus annorum eius inaequinabilis: nulla enim numerandi facultas Dei annos, et dies ab illius aeternitate perennes, et infinitos comprehendere potest. Nec abs re est, quod de Persis tradit Pierius, apud quos sacris receptum caeremonias fuit, ut in locis sublimibus positi Deum compellentes *coeli circulum*, cuius circumacti omnes dies, et anni constanti orbium coelestium agitatione decurrant. Sphaera quoque a Mercurio nominatur Deus, quoniam, ut advertit sanctus Ambrosius (cap. 3. in *Commentariis Epistolae ad Ephesios*), hoc sphaerica figura inter cetera habet maxime singulare, quod ductae ab eius centro lineae, omnes tam in latitudine, quam in longitudinem, et profunditatem aequaliter profunduntur, unde mirabiliter Dei essentia, eiusque cognitio significatur: nam si Dei naturam consideramus, illa partibus non constat, nec dimensionibus subiacet, quippe immensa est, et quaeunque illam parte contempleri velimus, nihil non in ea conforme, nihil non aequale reperimus. Est enim par eius bonitati sapientia, et sapientiae potestas, cui immensa eius maiestas, et magnitudo non cedit; idque in reliquis divinitatis attributis non minus verum invenimus: nam si contemplantionis oculos in eius increata cognitione figimus, undequaque perfecta est, et aequalis. Et quamvis cognovimus, quam Deati habent, mensura sit aeternitatis, illa est, ut Theologi loquuntur, aeternitas a parte post, non a parte ante, quoniam aliquando incoepit, non tamen desinet; et Dei cognitio, tam ratione principii, quam ratione finis, sive tam a parte ante, quam a parte post, cum utroque prorsus careat, increata, et sempiterna est. Et licet daremus aliquem angulum a Deo creatum ab aeterno fuisse, cum utraque aeternitatis ratio completeret, necesse tamen prorsus erat tertium et deficere rationem, nempe cognitionis profunditatem, quae in Deo reliquis eius attributis omnino coaequatur.*

Sed iam ad centri nomen exponendum accedamus in Mercurii descriptione contentum: illius enim sphaerae centrum ubique esse propterea dixit, quoniam omnium principium simul, et finis Deus est: quod et docuit Christus Dominus dicens (Apoc. 1): *Ego sum Alpha, et Omega*. Et (in libro de *Consolatione metr.* 9.) Severinus ait: *Te cernere finis principium, victor semita terminus idem*. Hoc centri nomine duabus de causis est usus Trismegistus. Prima, quoniam sicut res nulla quiescit, nec plene deleatur nisi centro suo coniuncta; ita mens humana donec ad Deum, qui est eius centrum, et quies pervenerit, tranquille degere, aut perfecta frui voluptate non potest. Altera causa est, quoniam sphaera sese movente, centrum eius manet immotum; ita Deus, licet omnia creata motum patiantur, immobilis permanet, de quo scriptum est (Iac. 1): *Apud Deum non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio*. Unde dicitur Thomas (cap. 66 in libro contra gen-

ites) praedicta ratione ductus centrum esse dixit immutabilitatis in Deo symbolum, et quod et Boetius (de consolation.) loco citato sic docuit:

Tempus ire iubes, stabilisque manens das cuncta
(moveri.)

Faustina Imperatrix, ut refert Pterius, iussit sibi fieri orbem coelestem cum sceptro in sphaerae vertice, et hac inscriptione, *Aeternitas, ut illo hieroglyphico innueret Dei potentiam, et naturam immutabilem.* Nam si teste Philosopho coelum alterationis capax non est, cui externae elementorum impressiones nocere non possunt; multo minus ad id quod super coelos est, motus aliquis, aut commutatio transcendit, ubi Deus sedem ponit, sicut scriptum legitimus (Isai. 66.) *Coelum sedes mea est.* Centrum quoque dicitur Deus, quia sicut ab illo ad peripheriam lineae ducuntur, sic a Deo tanquam ab omnium rerum centro, ac principio, omnia quae creantur, in orbem rerum creaturam, et mundi circumferentiam egreduntur. Hinc ut Caelius Augustinus (in addit. Pier.) advertit, Deus apud veteres ita figurabatur, ut ab eius ore universa mundi natura prodire videretur; quod sacris consonat litteris dicentibus (Gen. c. 1.) *Ipsa dixit, et facta sunt.* Trismegistus (in Pindar.) a libris eandem veritatem expressit his verbis: *Sanctus est, qui solo verbo fecit omnia.* Praeterea quoniam, ut adnotavit Victorinus (lib. 4. contra Arrianum), veluti in puncto sunt omnes lineae praesentes, et ab eo simul in omnes partes est visus aspectus; ita Deo praesentia sunt, tam quae adsunt, quam quae praeterierunt, vel quae futura sperantur, quae omnia uno solo intuitu conspiciunt, et intelligunt. Ea propter insignis ille Phidias, ut late narrat Pansanias, cum lovem marmore formasset, capiti aquilam imposuit, ad indicandum, Dei oculos esse perspicacissimos, quo sensu praecaeus esse astitibus valet aquila, quae, ut docet Sambucus (circ. fin. enabl.), eandem ob causam Deo consecrabatur, et a Diocletiano, Marcello, Licinio, Lentulo, Caio, et a Syracusanis in eorum nummis incidebatur. Sanctus Augustinus (sup. Psalm. 126) Deum vocavit oculum, quod nihil eius cognitionis esse possit occultum, ait enim: *Deus totus oculus, qui omnia videt;* non est oculus plenus, ut Ezechielis ostensa anima, sed totus est oculus, cuius rei figura fuit apud Aegyptios, ut refert Cyrillus (lib. 9. contra Iulianum), sceptrum, seu virga, in cuius vertice oculus vigilans, ut ubicunque Deus sceptrum lenet, vel potentiam exercet, ibi etiam suam esse prudentiam significarent. Et quamvis non defuerint, qui hoc Aegyptiorum hieroglyphicum carere voluerint, quod non oculus, sed caput videretur sceptro, seu virgae addendum, quoniam in capite non solum visus, sed etiam reliqui sensus dominantur, quibus rex sceptro, et oculo significatus ab Aegyptiis, facilius posset incommoda quaevis a regno suo profligare, dum quod oculos latet, auribus percipere, et quod aures fugit, odoratu indagare valeat; aptissima tamen mihi vide-

tur figura Aegyptiorum ad Dei universalem cognitionem indicandam: nam praeterquam Hieremiae (cap. 1) consonat dicens, *Virgam rigilantem ego video, nemo est qui neget oculum non sub fronte, prout illi dicebant, sed in vertice, ac sceptri culmine positum omnia intueri ubicunque illa sint, qualis Dei oculus est, qui cognitione infinita, tam praesentia, quam praeterita, aut futura complectitur.* Hinc vere dixit Ecclesiasticus (cap. 13): *Orati Domini multo plus lucidiores sunt super solem:* nam sol quidem illuminat, non tamen videt, et oculus noster videt, sed non illuminat; Dei autem oculus mirabiliter utramque praestat, nam illuminat, Ioanne (cap. 1) attestante: *Qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum;* et Ecclesiastico (c. 23) teste, hominum corda intuetur usque ad interiores partes, quoniam abstrusae cogitationes hominum ei pateant, nec potest divinis oculis aliquid esse secretum: nam, ut diximus, perspicacior sole ipse sunt, et lucidiores. Quippe, ut Lyra (sup. cap. 13. Eccles.) exposuit, quo sol suis radiis pertingere non valet, Dei perstringit subiectus, et cum nocturno tempore nostros gressus solum illustrat antipodum, non videt, Deo absconditi esse non possunt. De quo dixit Iob (cap. 32): *Et cunctos gressus meos dimmerat.* Oculi etiam Dei super solem luere dicuntur, quod illi creata solum, et ex creatis, quae praesentia sunt, atque ex his non interna, sed quae ab omnibus videri possunt, externa conspiciunt; oculi autem Dei non modo ad creata, sed ad illa etiam, quae adhuc creanda sunt, progrediuntur. At enim Sapiens (c. 23): *Deo, antequam crearentur, omnia sunt cognita.* Praeterita vero quis dubitet ab eo cognosci, si antequam fierent, cognovit omnia in se ipso, a quo potestae tanquam illius exempla, et imagines exiverunt? Nec solum rerum superficiem, sed profunda secretorum intraspiciunt: sunt enim omnia nuda oculis eius, nec sicut videt homo, sic ille videt (Iob 10), qui solus, ut ait David (Psalm. 7), corda, et renes scrutatur, hoc est, cogitationes, et delectationes. Hanc Dei perspicacitatem significatur Adrianus Imperator, ut narrat Gualterus Curiel, quatuor vultibus depingi mandavit Dei imaginem; quae pariter Orientem, Septentrionem, Meridiem, et Occidentem cerneret, quod etiam Augustus Caesar nummo insculpsit, ubi facies una coelum, altera inferos, tertia, et quarta vastos, ac altissimos maris sinus prospicebant. Praeterea centrum circumferentiae appellatur Deus, ut eius unitas ostendatur: nam sicut in sphaera unum est centrum, sive punctum, quod aequaliter ab sphaerae partibus distat extremis; ita non est in mundo nisi unus, et solus Deus, qui ab omnibus quae creavit, distat, infinita et summa perfectione supremus. Quo etiam significata est naturae qualitas, atque perfectio, quae non per affirmationem, sed per negationem insinuat, quae, ut punctum, de quo dixit Aristoteles (lib. phys.), sola privatione cognosci, ideoque a Philosophis vocatur indivisibile, secundum omnem dimensionem, quippe natura eius talis est, ut nec longitudinis, profunditatis, aut latitudinis admittat divisionem. Et sicut punctum

indivisibile, quamvis multis atque infinitis aliis punctis cauteletur, iuxta commuam Aristotelis sententiam non excrescit: nam ut ille dixit, *Indivisibile additum indivisibili non facit maius;* sic Deus, quascunque humanus intellectus illi addat et accumulet perfectiones, maior, excelsior, aut perfectior fieri minime potest, cum sit ipse per se omnium bonorum infinitus, et immensus thesaurus. Adicit suae descriptioni Trismegistus, *cuius centrum est ubique,* ad insinuandam eius immensitatem, quae omnes creaturas, cuiusvis sint conditionis, intime occupat, sicut docuit Paulus (Act. 17): *Non longe est ab unoquoque nostrum: in ipso enim vivimus, movemur, et sumus.* Unde bene consequitur, quod ultimo descriptionis loco posuit, *circumferentia vero nullibi:* Deus enim omni caret circumferentia, cum illa esse non possit absque loci determinatione, et mensura rei, quam ambit, et continet; Deus autem circumscripti, aut alicui mensurae subiacere non potest. At si contemplationis oculos a divinitatis sublimitate divertimus, et ad humanae mentis infirmitatem atque inopiam deflectimus, quae illa Dei celsitas a nobis consideratur, multo impeditur illius notitia iudicabitur. Nam etsi humani intellectus cognitio adeo pateat, et vehementer sit, ut eius amplitudo, ac virtus tribus manu Hercules sagittis emissis significaretur, sicut tradit Caelius Augustinus, quibus triplex nostrae mentis cognitio notabatur: quarum prima est rerum, quae in terrae superficie gignuntur, lapidum, plantarum, et animalium genera: altera earum quas sub terram natura depressit, ut aurum, et argentum, perennes fontes, et aquarum scatarigines: tertia, quae caeleste orbis, solis effectus, et influxus exquirat, lunae incrementa, et defectus examinat, constantes planetarum motus, Zodiaci signa, caelorum intelligentias, per quas caelestium corporum moles volvitur, contemplatur: etsi, inquam, adeo late nostrae notitiae dominetur, ac se protendat speculatio; ubi tamen ad illum, cuius sedes caelum est, accedere coepit, ut eius debilitatur, ut eius impotentia, et tarditas vix exprimi verbis queat. Cuius rei prima causa est, quod sensus, qui in aliarum rerum cognitione sibi famulantur, hic potius obstant, ut Orpheus dixit:

Mortalia lumina,
Et pube tenus, caro circum atque ossa resistunt.

Altera causa est, quod omnis de Deo nostra praedictio, et assertio quantolibet ingenio quaesita, studio inventa, vigiliis elaborata, aut eloquentiae splendore illustrata sit, impotens tamen, et impar tantae maiestati est; imo cum omnia quae possumus, dixerimus, nihil de illa dixisse videbimur: sunt enim illius omnia omni porus sermone maiora, quandoquidem cuncta, quae de Deo cogitamus, aut dicimus, non iuxta illius immensitatem, sed iuxta nostrae mentis illum meditantis mensuram concipiuntur, et explicuntur, quod, ut dixit Basilus (homil. 15. ex variis), *infra naturam tam arduam longe sit nostra cognitio.* Quapropter sacra pagina ad explicandam rei na-

turam, et illius exprimenda attributa negationibus utitur: quoniam affirmatio ut plurimum certo claudatur termino, et finita est; negatio autem limitem rebus non imponit. Propriera dictum legitimus (Psalm. 85): *Non est similis tui in Diis;* et ad unitatem declarandam (Deuter. 32): *Non est alius Deus praeter me;* et ad immensitatem (3. Reg. 8): *Quem caeli caelorum capere non possunt; et ad aeternitatem (Isaia 43): Ante me non est formatus Deus, et post me non erit alius; et ad immutabilitatem insinuandam (1. Reg. 15): Et potentiam non seclatur: ad potentiam vero (Esther 13): Non est, qui possit tuae resistere voluntati.* Hanc doctrinae methodum secutus quoque fuit Plato (in Timaeo), dicens: *Quid Deus sit non novi, quid non sit novi, nam scio non esse corpus, non esse colorem, neque quidquam huius generis, sed his praesentiorum esse intelligo.* Nec abs re est aliorum philosophi responsio, qui rogatus, *Quid esset Deus?* respondit: *Deus est, quo nihil maius accipitur potest.* Nemo enim potest asseveranter dicere, quae sibi abscondita sunt; nihil autem humano ingenio est occultius, quam Deus, sicut Isaias illum alloquens dixit: *Vere tu es Deus absconditus (Isaia 45).* Quomobrem credentes magis, quam scrutari Dei arcana praesentes, sancti Nili (in institutione ad Monach.) consilium mente repetamus: *Noli scrutari, sed crede tantum, et adora:* ita enim sit fecerimus, se nos sibi ultro insinuat, illustrans nostri cordis tenebras sancta et individua Trinitas, cui soli honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA III.

Ostenditur necessitas, et excellentia fidei ad intelligenda quae supra naturam sunt, et praesertim mysterium Trinitatis, quae variis sacrae paginae auctoritatibus comprobatur.

Gentium Apostolus Hebraeis fidei praesentiam declaraturus, Patrum storum, ab ipso mundi exordio, usque ad Prophetas, per fidem mirabiliter gesta commemorat, et in ea testimonium iustitiae a Deo consecutus affirmat: *Fide enim, ut Pauli utar verbis (ad Hebraeos 11), Abel plurimum hostiam obtulit, quam Cain Deo, per quam testimonium consecutus est esse iustus, testimonium perhibente muneribus eius Deo, et per illam defunctus adhuc loquitur: Fide Noe responso accepto de his, quae adhuc non videbantur, applicat arcam: Fide Abraham obedivit, et non videt mortem: Fide Henoch transtulit, et exivit neciens quo iret: Fide Sara sterilitis virtutem in conceptione senectus accepit, quoniam fidelem esse credidit cum qui reprobis erat: Fide obtulit Abraham Isaac, in quo suscepit reprobationes, arbitrans, quia a mortuis suscitare potens est Deus: Fide Moyses negavit se esse filium filiae Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis habere*

peccati incunditatem, maiores civitatis aestimans thesauro Aegyptiorum improperium Christi: Fide tandem reliquit Aegyptum, celebravit Pascha, transiit mare rubrum: ac tandem, inquit Paulus, defecit me tempus enarrantem de Gedeon, Barach, Sanson, Iephthae, David, Samuel, et prophetis, qui per fadem devicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt reprimitiones, obturaverunt ora leonum, et extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladii, etc. Quid igitur quæso nos facere debemus tantam habentes interpositam nubem testium accedentes ad civitatem Dei viventis, et Testamenti novi mediatorum lesus? Audiat, si quis dubitat, eundem Apostolum dicentem (c. 11): *Sine fide impossibile est placere Deo: errare enim oportet accedentes ad Deum, quia est, et inquiruntibus se remunerari sit.* Qua certe fide, quamvis in reliquis nostrae religionis arcanis egamus, nullo magis in hoc, unde cetera tanquam a suo fonte manant, necessaria est, cum sine fidei presentia in Trinitatis cognitione humanus intellectus hebescat, lingua balbutiat, ratio deliriet et quævis sapientia desipiat. Ea propter, si arithmeticus ex uno, et tribus numerum fieri asserit quaternarium, et in ea sibi explorata veritate persisit, contra sententiam de Trinitate, et unitate Dei catholicus vir, per fidem Christi, aliam numerandi rationem eductos, credendo, unam divinam naturam, et personas tres, non quatuor esse, sed actum unum purissimum, simplicissimamque substantiam: pro eius assertionem veritatis, non solum humana contemnet argumenta, sed omnia hominum tormenta subigens, proprium, si opus fuerit, sanguinem effundet. Nam quemadmodum fidelis, ac strenuus servus, quidquid dominus imperet, non quaerit, neque examinat imperii rationem, sed iussa, quantumvis ardua, libenter, et prompte capessit, sic mens hominis catholice fidei subiecta, quae sibi credenda, aut facienda Deus proponat, non debet examinare, sed contra omnia discrimina, hoc uno fidens asylo, quod ita Deus dicat, non consulta humana ratione, quidquid iussum fuerit, credi aggredietur. Ea tamen divinarum rerum natura est, quod non semel ipse meditatus sum, ut diversis considerata respectibus, possit facilia, vel difficilia videri. Nam sicut Moysis virga non eodem apprehensa modo, nunc virgam, nunc serpentem referebat, ita fidei nostrae sacramenta uno modo considerata, sunt arduis referata difficultatibus; aliter vero si contemplerur, plana et expedita censentur. Substantiam panis in Christi carnem converti, durus stomachi calore panem, quem quotidie comedimus, in sanguinem atque carnem commutari non difficulter; idem virtute Dei multo facilius, et melius effici posse credemus. Cadaver hominis postquam fuerit in terrae pulverem redactum, fore, ut eodem recepto corpore, atque anima in die universi iudicii resurgat, dicente Iob (c. 19): *Et in carne mea videbo Deum Salvatorem meum, quem visurus sum ego, et non alius pro me, incredibile humano iudi-*

cio videbitur: ac contemplantibus in ipso rerum omnium exordio fuisse hominem a Deo ex terra formatum, nemo non sibi persuadebit, hominem in terram conversum, ab eodem creationis auctore pristinae formae, ac naturae posse restitui, et in eam qua fuerat conditus imaginem, restaurari. Idem ergo in mysterio Trinitatis credendo contingit: unum enim, eundemque trinum Deum fieri, plurimas, ac immensas humano ingenio videtur asserere difficultates; si tamen homo naturam divinam consideret infinitam, id enim lumine rationis valet apprehendere, non ita difficile creditur infinitam Dei substantiam in tribus constitutam esse personis, nec in uno tantum circumscriptam supposito, quod proprium est naturae finitae, quae certis, et intrinsecis limitibus clauditur. Quod si quis, ut naturalis philosophia docet, pendat unam specificamque naturam in pluribus inventi subiectis, adducatur facile, ut credat, in Deo propriae naturae eius excellentiam, multo facilius unam et singularem in tribus personis esse naturam. Hinc Augustinus (de verbis Domini) Arrii reprehendit incredulitatem, similitudine solis ad ducta, qui licet unus existat, in eo tamen motus, lux, et calor, quae tria sunt inter se penitus diversa, reperiuntur: *Videmus solem, inquit ille, coelo currentem, fulgentem, et calentem. Divide ergo si potes Arriane solem, et hinc demum divide Trinitatem.* Sed alius apponere libet exemplum, quod non parum humanae mentis imbecillitatem roborabit, ut huius mysterii naturam aliquidatenus valeat agnoscere: sacra narrat eloquia, tam vehementer oves aspexisse distinctas variis coloribus virgas, quas illis dum conciperent, Iacob inspicendas obiecerat, ut foetus eisdem coloribus notatos pepererint. Philosophorum etiam sententia receptum est, imaginatione, ut illi loquuntur, causam fieri, hoc est eundem effectum a vehementi, ac efficaci alienius rei contemplatione produci, quem res ipsa gigneret, vel causa produceret, si pariter adesset. Ad hunc igitur modum videtur in Deo contingere: Pater enim aeternus seipsum dum videt, atque intelligit, adeo vehemens, et intenta illa visio, et intellectio est, ut ex sua ipsius substantia Deum sibi per omnia similem generet, bonitate, sapientia, et fortitudine aequalem, atque ut Nicænum Concilium in Symbolo docuit: *Deum de Deo, lumen de lumine, non alia re ab eo, quam persona distinctum.* Quamobrem quoniam in divinis intelligendis mysteriis, ac praesentim in Trinitatis arcano, debemus humanae rationi fidem praefere catholicam, multis ac singularibus eloquiis sacri sententiarum confirmabimus. Primum testimonium a creatione Adam, formatione Evae, et generatione Abel desumatur: mirabiliter enim, ut notat Gregorius Nazianzenus (in Oratione de Theologia), Trinitatis mysterium in his tribus elucescit: quoniam Adam a nullo praeterquam a Deo habuit originem, Eva a solo Adam, et Abel ab utroque natus fuit. Itaque homines eiusdem naturae participes, non illam eodem modo adepti sunt. Divinae igitur personae eandem quidem habent, non tamen eodem modo natu-

ram, quoniam Pater a seipso, Filius a Patre per intellectum, et Spiritus sanctus ab utroque per actum volutatis. Non minus hoc ipsum nobis exponat ineffabile Dei nomen Jehova, ut ait noster Galatinus (in lib. arc.): nam prima eius littera *Jod* significat principium, quod repraesentat Patrem aliarum personarum originem. Secunda littera *Est He*, id est vivere, quod optime Filio convenit: nam, ut ait Evangelista Ioannes (c. 1), *quod factum est in ipso, vita erat*: ipse etiam dixit (Ioan. 14): *Ego sum via, veritas, et vita.* Tertia denique littera est *Vau*, quae vim apud Hebraeos habens copulandi, praeferae significat Spiritum sanctum, qui existens Patris, et Filii amor, utriusque nexus a sancto Thoma nuncupatur. Dignissimum scitu praeterea, quod Filius, quam Filii figuram esse diximus, in hoc Dei sacratissimo nomine duplicem ob causam geminari. Prima est, ut intelligamus solam unam ex divinis personis, nempe Filium, duas habere relationes, producti scilicet, et producentis: nam et a Patre gignitur, et cum eo Spiritus sancti est origo. Altera causa est, ut duas in Filio fateamur naturas, unam Dei, quae divina est, et sempiterna; alteram hominis, quae mortali, et temporali subiecta fuit. Qui vero clarius atque maiori compendio ex praeis Patribus, tam sublimis mysterii documentum praebuit, Evangelista propheta Isaias (c. 34) est, qui nomine Patris loquens ait: *Quod ex ore meo procedit, ille mandavit, et Spiritus oris eius ipse congregavit ea*; quod ab ore eius processit, est Verbum aeternum, alibi enim de Filio legitur (Ecl. 24): *Ego ex ore Altissimi prodivi, et per Spiritum oris eius, qui congregavit ea, Spiritum sanctum intelligimus: congregare enim, et unire amoris est maxime proprium.* Hoc etiam indicavit idem Propheta dicens (c. 35): *Erit semita ibi, et via sancta vocabitur, haec erit vobis directa via, ita ut stulti non errent per eam.* Notum enim est Deum vocari viam, qui de se loquens dixit (Ioan. 14): *Ego sum via.* Unde ad Trinitatis personas declarandas ter nomen viae Isaias apposuit. Verumtamen, ut tribus unam esse naturam ostenderet, non ait, quod stulti non errabunt per eas, sed per eam: quae interpretatio magnae debet esse auctoritatis, quia praeterquam placet Tertulliano (lib. 4. advers. Marc.), exemplari roboratur Hebraeo, ubi legitur, et erit ibi via alta, via, et via sanctitas nomen eius. His tam praeclearis testimoniis aliud adiungam non minus illustre ab Evangelista Ioanne (in Apocalypsi c. 21) descriptum, ubi se vidisse scribit sanctam Civitatem Hierusalem, in eius descriptione dicens, *ab Oriente portas eius esse tres, et ab Austro tres*, satis declarat personarum divinarum Trinitatem; et cum subiicit, *singulas partes ex singulis margaritis*, unionem inter divinas personas indivisam exprimit: nam, ut ait Plinius, margarita latine dicitur unio, quia nullae duae indidretae inveniuntur, quod certe personarum divinarum est proprium: fieri enim non potest, ut una ab alia separaretur, quemadmodum Christus docuit (Ioan. 14): *Ego in Patre, et Pater in me est.* Ideoque quando earum aliqua hominis animae illabitur, om-

nes pariter infunduntur, iuxta illud (ibid.): *Ad eum veniens, et mansionem apud eum facietur.* Et quod gloriae lumine una Trinitatis persona cernitur, altera quoque conspicitur, ut Salvator dixit (ibid.): *Philippe, qui videt me, videt et Patrem meum.* Urbis coelestis prosequens descriptionem Ioannes (c. 22) inquit, *duodecim stadiis eius protendi circuitum, et in quadro esse positam; unde singulis quatuor lateribus stadia tria respondebant; murum autem, quamvis Evangelista unum esse scribat, et Ezechiel (c. 4) tres esse dicit, non est illorum contraria sententia: nam ille ad naturae unitatem, hic ad personarum Trinitatem respexit. Post haec addit Ioannes, tres corporis dimensiones esse illic aequales, his verbis: *Longitudo, altitudo, et latitudo eius aequalis sunt, quod unam in Deo naturam, et personas tres manifestat: nam triplici corporis dimensione existente, corpus, quod illa melitur, unum est. Ergo longitudo Patrem, quem David vocat longanimum, et misericordem; altitudo, sine profunditate Filium, qui suae sapientiae magnitudine, *revelat profunda de tenebris, ut ait Iob (cap. 12); latitudo Spiritum sanctum exprimit, de quo Sapiens (c. 1) dixit: Spiritus Domini replevit orbem terrarum.* Sed antequam a Ioannis revelatione discedam, duo mihi suspensum breviter adnotanda. Primum, quod illa repellito nomen Dei ter apposita, dum illa (Apoec. 7): *Ipse Deus cum eis erit coram Deo, et absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum,* semper in sacris Bibliis personarum significat Trinitatem, ut Papa Alexander in Epistola Decretali docuit: *Si Trinitas non est, inquit, quare Ezechiel 34 dicitur, Domine Dominator Deus misericors. Et si unitas non est, quare cum tertio Domino dixerit, postea misericors singulariter dicitur? Quod Pontifex sanctissimus non solum ex hoc loco, sed ex aliis etiam sacrarum litterarum testimoniis egregie comprobatur. Secundum, quod notari oportere dixi, illud est, quod sicut Spiritus sanctus per visionem illam Ioanni factam civitatis coelestis dominum significavit esse unum essentialiter, trinum personaliter, ita id non creditibus intelligendam poenam declaravit: *Incredulis, inquit, pars illorum erit in stagno ardenti igne, et sulphure*: haec enim poena solet a Deo negantibus hoc mysterium imponi, etiam dum in vita sunt. Unde Platina (in vitis Pontificum) scribit, in quendam haereticum Trinitatis sacramentum pernegantem tria lapsa coelitus fulmina, quae corpus infellicissimae hominis comburentia, animam quoque in aeternum flammarum barathrum detruserunt. Similem aeternae damnationis exitum Sabellius, Arrius, Pontianus, et alii haeresiarum sortiti sunt, quod tres in Deo personas esse negaverit.***

Haecenus beatissimae Trinitatis arcanum sub obscuris et aenigmaticis testimoniis constabilius, quibus non ita facile assensum praebent haeretici; sunt tamen alia tam manifesta, et illustra, a Christo, et ab Apostolis prolata, ut omnem praeripit occasionem dubitandi circa eam, quam orthodoxa, et Romana Ecclesia de nostri Dei unitate, ac Trinitate doctrinam semper fuit amplexa. Relictis igitur quae a-

illis huius argumenti sequentibus homilias inseremus, satis gravis ac fidem plenissimam faciens Ioannis Evangelistae auctoritas est, dicens (c. 1): *In principio erat Verbum, id est Filius: nam cum certum sit Verbum esse non posse absque persona loquente, necessum est personam esse principium illud, in quo Ioannes esse Verbum dixerat. At propter haereticos, qui temere, et impie asseruerant, Verbum ipsum non esse a Patre distinctum personaliter, adicit idem Evangelista: Et Verbum erat apud Deum: quippe si apud Patrem erat, non eadem persona dicenda est, cum nomen apud se ipsum esse dicatur. Ex hac Ioannis theologia, datus in Deo esse personam dicentis, tertium elicto, quae Spiritus sanctus est, quoniam non minus vere quam Ioannes, qui dixit: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, dicit potest: In principio erat amor, et amor erat apud Deum, et Deus erat amor; ideoque per Ioannis verba Spiritus sanctus, et Filius in Deo persona, cum Patre, et Filio colligitur. Nam cum Dei amor non sit minus foedus, quam cognitio, qua se ab aeterno cognoscit, perspicuum est, quod sicut ab ea cognitione persona secunda, Filius originem habet, sic ab eius amore persona tertia procedit. Inter alia Epistoliarum testimonia, quibus Trinitatis mysterium nobis aperit Gentium Apostolus, illud elacet, quod ad Galatas (c. 4) scripsit, inquit: *Deus misit spiritum Filii sui in corda. Humanae tandem salutis assertor pluribus in locis expresso personarum nomine quod dicimus, confirmavit, ac indubitata sui nominis auctoritate munivit: nam apud Ioannem ait: *Cum venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, ac postea discipulis suis ait (Ioan. c. 6): *Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Hinc patet, Rupertum acute ac docte illa Apocalypsis verba, locuta sunt septem tonitrua, dum interpretatur, dixisse, a Patribus, qui tempore scripturae legis vixerant, quantumvis Deo grati essent, mysteria fidei nostrae plane declarata non fuisse, sed multis involutis nebularumque umbris detecta, et signis, ac nubibus tantum ab eis indicata, ac si muti et elingues essent, qui animum sensus explanare non possunt. Evangelicos vero praecones, et tempore gratiae viuentes homines, qui Dei tonitrua sunt, diserte de altissimis mysteriis, et fidei arcibus mire disseruisse cernimus: nam de incarnatione Filii Dei ait Ioannes (Epistol. 1. c. 3): *Et Verbum caro factum est: de personarum divinarum pluralitate, Tres sunt, qui testimonium dant in caelo, Pater, Verbum, et Spiritus sanctus; et hi tres unum sunt. Eapropter nostrorum maiorum aetate Deus nebula circumdatus apparebat, et in Tempum fumo tectus descendebat, sed tempore legis Evangelicae non ita se gerit, clarius, ac liberalius se praebet inspiciendum, radiis suae lucis coruscantibus. Hinc Christo nascente lux nocte media pastoribus effulsit, ut ait Lucas (c. 2): *Et claritas circumfulsit illos; Magus praevia stella duxit in civitatem Hierusalem, unde egredientibus iterum emicuit, ut idem scribit Evangelista:*******

*Ece stella quam viderant in Oriente, antecedit eos, usque dum veniens staret super, ubi erat puer. In transfiguratione tanto se nostrae salutis et gloriae auctor splendore monstravit circumfusum, ut facies eius sicut sol resplenderet. Illa ergo superiorum aetatum caligo, qua se Deus, ut diximus, occultabat, et nostrorum temporum claritas, hoc est eximia divinae cognitionis lux, manifeste nobis indicat, quantum illis in mysteriorum notitia, Christo promissae veritatis auctore non illam docente, praestemus. Eapropter Moyses, qui veteris legis figuram gererat, non expeditam a Deo linguam, et disertam, sed tardam et balbutientem, quamvis ei gratissimus, accepit, ast Evangelii tempore, ita disertus, et eloquentes coelitus factos Apostolos videmus, ut linguas, quas nunquam didicerant, loquerentur. Quid si omnium, quae retinimus, figuram videre volumus, Hieremiam contempleram dicentem: *A, A, A, Domine Deus nescio loqui, quia puer ego sum: ideo namque se puerum vocat Hieremias, quoniam ineffabilia Dei mysteria, et praecipue Trinitatis triplici A significatum, nulla mens capere, ne dum vox explicare valet, nisi fidei lumen, et Christi doctrina praefulerit; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.**

HOMILIA IV.

Illorum reprehenditur amentia, qui solo humanae rationis lumine supremum Trinitatis mysterium penetrare voluerunt. Et testimoniiis sacrae Scripturae, aliisque tam a naturali, quam a supernaturali ordine sumptis argumentis Trinitatis divinarum personarum confirmatur.

Quamvis sancti Augustini verba de Trinitate loquentis omnibus sint notissima; ab eis tamen, quoniam gravitatis, et veritatis sunt plena, felix huic Homiliae datus initium, duxi exordium: ait enim: De hac re ergo summa et excellentissima cum modestia et timore agendum est, et attentissimis auribus atque devotis audiendum, ubi quaeritur unitas Trinitatis, Patris scilicet, et Filii, et Spiritus sancti: quia nec periculosius alicubi erratur, nec laboriosius aliquid quaeritur, nec fructuosius aliquid invenitur. Quoniam sicut nullus rei magis quam huius mysterii cognitione mens hominis locupletatur, ita etiam nulla in re lapsus, et error periculosior est. Primum, quoniam Trinitatis mysterium reliqua nostrae fidei sacramenta magnitudinis superat, et quemadmodum opulentiae negotiationis magnam negotiatoribus, vel commodum, vel detrimentum est, sic etiam cum Trinitatis arcanum tam immensum atque profundum sit, admissum in eo cognoscendo error, maximus omnium casus, et totius ignorantiae abyssus existit. Secundo, quoniam sicut naturalis vitae sedes est cor, et caput, a quibus operandi, atque vivendi manat vis, sic

Vitae spiritualis universa virtus a fide, et cognitione huius divini mysterii, tanquam a vero principio, et unico vitae ac veritatis fonte derivatur. Unde consequenter elicitur, sicut errore principii admissio, quae ab illo colliguntur conclusiones, eiusdem etiam erroris esse participes; ita pariter si mens hominis in huius mysterii veritate caecutiat, ut Arrius, Sabellius, et Photinus, alienissimas a vero sententias cum haereticis efficiat; qualis eorumdem fuit dicentium, Filium non esse Patri consubstantialem, Spiritum sanctum esse creaturam, et alias his pares stultissimas assertiones, quarum singulae vel nunquam emergere potuissent, vel iam ortae facile depressae corruissent, vel iuxta Pauli (1. Cor. 1) sententiam, captivantes intellectum in obsequium fidei, infelices illarum auctores mentem, animumque catholicae fidei subiecissent. Quoniam vero suis nisi voluerant rationibus, inanibus humanae rationis argumentis abducti, a veritatis scopo longissime deflexerant, quod vini, et lactis adducta similitudine sponsa in Canticis innuit, dum sponsum his verbis amanter alloquebatur (Cant. c. 13): *Meliora sunt ubera tua vino: ac si diceret: Sponse dulcissime fidei lac, quod a tuis uberibus sugimus, melius est, ac suavius, quam cerebrorum vinum humanae sapientiae, quo haeretici omnes non secus ac ebrii dehecati sunt. Sed valde proprie divinarum rerum fides ab sponsa ubera vocantur: nam quemadmodum infans matris suae admotus uberibus, quod non videt lac exhibi, nec quale sit illud examinat; sic catholici homines fidem nostrae religionis, quae ab Ecclesiae uberibus sugitur, pari candore animi debent accipere, mysteria illius, et causas non exquirentes: quod egregie docent verba Pauli dicentis (ad Heb. 11): *Fides est sperandarum substantiarum rerum, et argumentum non apparentium. In cuius rei figuram Deum olim iussisse scimus, ut sacra tabernaculi suppellex tegumentis absconderetur, ne per viam cerni posset, peracto tamen itinere delegeretur. Nunc dum in terris agimus, quid aliud sumus nisi viatores? quibus Dei ineffabilia mysteria ad unquam intelligere minime conceditur; at peracta vitae huius statione omnia nobis recludentur, et manifeste, ac vere, ut acceperamus, nobis pateant, iuxta illud (Psal. 47): *Sicut audivimus, sic vidimus in civitate Dei nostri. Tres enim divinas personas, et unam omnino naturam, cuius fidem amplexi fueramus, ita se, ut credebamus, habere, non iam per aenigma, sed facie ad faciem conspiciemus. Itaque fides praecire visum debet, ut ait Paulus (1. Cor. 13): *Videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem: qua in re non solum haereticis, verum etiam praeclaris sapientibus Catholici longe praestant: hi enim in speculo fidei, quae fallere non potest, ac divina vere ostendit, Deum cognoscunt; illi autem intuebantur in speculo humanae rationis, quae imbecillis, et fallax cum sit, eius ductu sublimia Dei mysteria assequi non poterant. Nam quemadmodum interdum specula ita dolose constantur, ut insipienti non unam, sed plures facies referant, atque longe aliter, quam se habeant obiecta****

repraesentent, sic illi sola humanae mentis vi, et rationis indagine Deum perscrutantes, Deum esse sine Filio, et quod stultius est, corporeum, quin etiam non unum, sed plures esse Deos opinati sunt. Sed hac in re diligenter fingendum est, ne dum coelestia mysteria contemplantur, pueros imitemur, qui se ipsos in speculo intuentes, manum profundunt, ut quam cernunt imaginem, comprehendant, illam tangere, et manibus contraeclare gestientes. Non enim aliter haeretici, qui dum erant catholici, fidei speculo Trinitatis mysterium cognoscissent, insanire subinde puerorum more coeperunt, manum imaginem ad speculum fidei apparenti insipienter admoventes, hoc est divina mysteria rudi, et imbecilli suo ingenio tractantes, ac propterea elusi, multo insipientiores, et amentiores quam antea remanserant: *Nescierunt, inquit (Psal. 81), nec intellexerunt, in tenebris ambulantes. Quare, ne quis illorum involvatur errore, sequatur sancti Augustini (de Trinitate) consilium, dicentis: *Nobis sufficit de Trinitate dicere, quod Dominus dignatus est docere, aliqua sacrae paginae loca referens, quibus divinarum personarum Trinitas confirmetur. Illud tamen prius est animadvertendum, nullum nobis esse cum haeresiaribus super Dei unitate certamen, quippe unam esse in Deo personam humanae persuasioni ratione non deficientem, sed tota nobis adversus illos quaestio super trium personarum numero vertitur. In cuius rei figuram inter famulos Isaac, ex tribus puteis quos foderant, super duobus, non saper uno orta contentio narratur. Divina enim quaelibet persona patens est profundissimus, et magnitudinis, atque maiestatis abyssus infinita, non tamen de una persona certamen inter catholicos, et haereticos, sed in aliarum duarum additione, quae sunt Filius, et Spiritus sanctus, tota, ut dixi, concertatio est. Ex sacrae tabernaculi locis facile convincam, a nobis stare veritatem, quorum primus (in Genesi) legitur: *Igitur Dominus pluit super Sodomam ignem a Domino, ubi repetitio illa eiusdem vocis, Dominus, et a Domino, divinarum personarum declarat pluralitatem. Unde Syriense Consilium tanti haec verba facit, ut decimoquinto Anathematis dixerit: *Si quis illud quod scriptum est, pluit Dominus a Domino, non de Patre, et Filio perceptorit, sed ipsum a semetipso pluisse dixerit, Anathema sit. David aeterni Patris inducens personam, inquit (Psal. 109): *Ex utero ante Luciferum genui te, pro quo scribitur in Hebraeo, *Ex utero auroras ros natiuitatis tuae: ac si diceret, quemadmodum ros aurorae consubstantialis est ipsi materiae, qua genuitur; sic antequam sol oriretur, te ipse genui consubstantialem mihi, et quamvis persona distinctum: nemo enim a se ipso, sed ab alio genuitur. Simile est huic David testimonio illud in Proverbiis (c. 30): *Quid nomen est eius, et quod nomen filii eius, si nosti? cui etiam consonat Ecclesiasticus (Eccles. c. ult.) dicens: *Invocavi Dominum patrem Domini mei, et non derelinquit me: quibus testimonium datus in Deo esse personas, Patrem videlicet, et Filium probatum sufficienter est. Tertiam vero personam,********

quae Spiritus sanctus est, praeter illas duas necessario esse concedendam, eandem divinitatis maiestatem habentem, egregie probat David, de Verbo aeterno ita loquens (Psal. 18): *A summo caelo egressio eius, et occursum eius usque ad summum eius, neque est qui se abscondat a calore eius.* Egressio enim Filii a supremo fuit caelo, quod Pater est, neque est, qui non particeps sit calor illius, qui est Spiritus sanctus, nisi peccantis culpa consortium gratiae prohibeat. Christus autem prae ceteris omnibus excellenter se ipso representat Trinitatis mysterium, tam naturae qualitate, qua constat, quam nomine, quo vocatur. Nam si eius consideremus substantiam, tria in eo distincta reperimus, animam, corpus, et divinitatem, quae tria sub una, eademque persona, et uno, & solique divino supposito consistunt. Si vero Christi nomen interpretari velimus, Christus graece idem est, quod unctus apud Latinos. At ubi reperitur unctus, esse pariter, qui eum unxit, et unctioem, qua fuit unctus, necessarium est quare unctus Filius, ungens Pater, et ipsa unctio Spiritus sanctus est: quae omnia David breviter complexus dixit (Psal. 44): *Unxit te Deus, Deus tuus oleo prae conscribitus tuis.* Praeterea, dum Christus in Iordane baptizatur, omnes divinas personas a divinis declarat: Pater dicentem (Matt. 17): *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Filium carne indutum, nam *Verbum caro factum est*; et Spiritum sanctum columbae specie super Christi caput descendentem. Nec minus nobis ostendit Trinitatis sacramentum visio Ioannis, qui se in caelo thronum maiestatis plenum vidisse commemorat (Apoc. 4): *Ece sedes, inquit, posita erat in caelo, et qui sedebat, similis erat aspectu inspidis, et sardinis, etc.* Ad cuius rei intelligentiam notandum est, quod Plinius scribit, et doct experientia, huiusmodi lapides, quos Ioannes vidit, tribus constare coloribus invicem commixtis: unde ad indicandum et mysterium Trinitatis, in qua tres sunt personae, et quae libet ita cum aliis convenit, ut Christus dixerit (Jo. 14): *Ego in Patre, et Pater in me est: ibidem: Qui videt me, videt et Patrem meum, lapides inspidis, et sardinis ostensi fuerunt, quoniam, etsi uterque lapis natura sit unctus, est tamen trinus coloribus, qui utriusque lapidis naturae sic inhaerent, ut ab eis separari nequeant.* Patet eadem Trinitatis veritas apud Ezechielem dicentem (e. 18): *Tu signaculum similitudinis meae, quae verba angelorum praestantissimi Deus est locutus, et iuxta Hebraicum exemplar sensum rei de qua agimus, magis opportunum efficiunt: Tu signaculum numeri perfecti, qua numeri perfectione Trinitas divinarum personarum declaratur.* Praeclarum etiam Pauli est testimonium (1. ad Corinthios c. 3) scribentis: *Gratia Domini nostri Iesu Christi, et charitas Dei, et communicatio Spiritus sancti sit cum omnibus vobis, amen.* Cuius testimonii quamvis salis sit aperta sententia, quaerere tamen aliquis posset, quam ob rem originis ordinem, qui est inter divinas personas, et quem Christus servaverit formam baptismi instituens, ubi prius nominavit Patrem, mox Fi-

lium, et postea Spiritum sanctum, non ipse quoque Paulus divinas numerans personas retinuerit. Prius enim nominavit Filium, ac deinde Patrem, ut superius descripsimus. Huic dubitationi satisfieri potest, si dicamus Apostolum primo loco Christum nominasse, quod ab eo divinarum personarum simul adepti notitiam, necnon, ut omnia nostra bona eidem Christo omnium honorum Domino. Sed ut ad praecipuum nostri propositi scopum respiciamus, huius divini mysterii veritatem extimis, ac singularibus, tam infimi, quam supremi in natura ordinis exemplis, et testimoniis constabimus. Qui de rebus naturalibus scripserunt, ut (in Diosc. c. 17) refert Lacuna, et herbam esse dicunt, cui nomen est Trinitas, quoniam singuli ramusculi tria tantum folia producant: cuius herbae figura non obscurem supremam Trinitatis vestigium esse potest. Nam quemadmodum folia illa, etsi tria sint, uno tamen, et eodem vitae vigore vivunt, sic divinae personae tres existentes una eademque vita, quae divina natura est, vivunt, et sunt. Idem etiam praesignificabat in Genesi iussisse Deum, ut trium annorum essent animalia, quae sibi sacrificarentur: *Capram, inquit (Gen. 15), trimam, et arietem annorum trium: quod et Salomonis templo mysteriorum plenissimo significatum fuit: ibi enim legitur (3. Reg. 7): Atrium maius rotundum trium ordinum: atrium enim, quod Salomon fieri iusserat, amplissimum, divinitatis unius immensitatem, ordines vero tres pretiosis lapidibus distincti, divinas personas denotabant.* Huic pariter spectat, quod scripsit Lucas (e. 11) in parabola petentis a vicino panes tres: *Accomoda mihi, inquit, tres panes, nam per eos intelligimus personas divinas, ut Glossa interpretatur, dicens: Accommoda mihi intellectum Trinitatis.* Nec defuerant in huius veritatis confirmatione miracula. Scribit enim Eusebius Caesariensis, quod et doctor Ecclesiae Bonaventura retulit: *Nascente Christo, tres in caelo soles apparuisse, qui paulatim in unum redacti fuerunt.* Tres apparuerunt, ut tres in Deo personas ostenderent, in unum tamen coniuncti divinae naturae declararent unitatem. Similimum huic ostento est, quod narrat Virgilius (lib. 12. c. 39), videlicet haeresi Arriente crumpente, qua Trinitas negabatur, dum sacra faciebat episcopus Vascolensis, ut Sigibertus auctor gravissimus scribit, tres super altare aquae guttas crystallo clariore decidisse, et in unam mox coeantes, triangularem ex omnibus illis guttis formatam fuisse margaritam, quam idem Augustus cum venerationis causa affixisset cruci, et smaragdis, et niobionibus undique cohesisset, statim illi collapsi fuerant, mysterium tantum, quod illo mystico margarito notabatur adorantes, et coram illo procedentes. Boetius Eugubinus, Platina, et Palladius, et chronicon Patris nostri Francisci aliud retulere miraculum, quod superiorem enim in corde excellentius videri potest: *aperte enim in corde sanctae Clarae de monte Falco, postquam vitae munere functa fuerat, quoniam huic mysterio fuerat addictissima, tres carnis pillulas fuisse inventas tantae admirationis, ut omnes*

simul non minus, quam una, et illarum quae libet non levius pondus, quam omnes haberet. Quo miraculo, quid potuit accommodaretur, vel expressus inveniri ad tanti arcani veritatem ostendendam? ubi quod eadem sit in omnibus personis, et in earum singulis divina natura, par est omnium, et singularium perfectio, nec quae tribus communis est maiestas, superat unius excellentiam, ut vere docuit Athanasius (in Synb.): *In hac Trinitate nihil prius, aut posterius, nihil maius, aut minus, sed totae tres personae coaeternae sibi sunt, et coaequales.* Verum quoniam hactenus beatissimae Trinitatis contemplationi dedisti sublimia tractavimus, non indignum erit, si ad inferiorum descendentes, profanum, et diabolicum terrorum coelestis prostris infestum breviter declaremus. De hoc Ioannes (in sua canonica) mentionem faciens inquit: *Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitae.* Possumus etiam dicere, quod non minus verum est, terrarum oppositum caelo esse, de quo dixit Ecclesiasticus (e. 16): *Tres species occidit anima mea, etc.* ac si diceret, tribus peccati generibus, ad quae cetera revocantur, maxime offendor, malitiae peccato, quale fuit serpentis, ignorantiae vinebilis, quale fuit Evae, ut Paulus (ad Titum) significavit: *Mulier schueta in praevocatione, unde cum Deus admissi poenam exigeret, illa se excusans respondit: Serpens cepit me, cui malitiae, et ignorantiae peccato accedit imbecillitatis humanae delictum, quo Adam universum genus infecit, et innumeris damoatum miseris propagavit.* Sed ut finem dicendi faciam, s. Bernardi (in ser. de Trinit.) accommodatissima huic rei verba recitabo: *Trinitas, inquit, a qua homo cecidit, Pater, Filius, et Spiritus sanctus: est trinitas, qua cecidit, intellectus, memoria, et voluntas: et est trinitas, in quam ista cecidit impotentia, ignorantia, et concupiscentia: et est trinitas, per quam trinitas cadens resurgit ad Trinitatem, de qua cecidit: scilicet fides, spes, et charitas, quam ultimam copiose nobis infundat unigenitus Dei Filius, qui cum Patre, et Spiritu sancto vivit, et regnat in saecula saeculorum. Amen.*

HOMILIA V.

Per verba Genesis: Faciamus hominem ad imaginem, et similitudinem nostram, erudite, et multipliciter enodata divinarum personarum unitas, et Trinitas indicatur, (Gen. 1).

Inter varia, et illustria testimonia, quae in multis sacrarum litterarum locis ad Trinitatis mysterium probandum leguntur, illud praesertim effulget, quod Moyses libro Geneseos, verba Dei hominem creare volentis referens ita memoravit (Gen. 1): *Faciamus hominem ad imaginem, et similitudinem nostram.* Quae verba, ut advertunt Chrysostomus, Basilus, Theodor-

refus, et Boetius non angelos, etsi contra delibetent haeretici, qui nullam in animae creatione partem haberent, sed ad alias duas personas divinas fuit Deus locutus, eiusdem naturae consubstantiales, quae cum sit una in tribus personis, communis quoque inter ipsas, et sola est causa creationis. Utinamque vero Moyses verba declarant: nam dicendo pluraliter, *faciamus hominem*, non unam, sed plures in Deo esse personas ostendit; et cum ait singulariter, *ad imaginem, et similitudinem*, non multiplicem, sed unam divinam personam inesse naturam declaravit. Hoc Moyses testimonium magnae debet esse auctoritatis ad Trinitatis mysterium probandum: nam praeterquam insignis Ecclesiae doctor Augustinus (lib. 12. de Trinit.) illo utitur agens de Trinitate, Patres, qui Constantini imperatoris hortata Concilio interfuerunt Syniensi, Arriamum haereticum extirpaturi, anathematis damnarunt omnes, qui praedicta verba Deum Patrem ad reliquias divinas personas non dixisse contenderent. *Si quis dixerit, ait sancta Synodus, quod scriptum est, faciamus hominem, non Patrem ad Filium dicere, sed ipsum ad semetipsum dixisse Deum, Anathemas sit.* His quoque verbis Geneseos usus est PP. Marcellinus (in epist. decret.), ut personas divinas operari conformi, et eadem operatione monstraret, quoties creaturam aliquam producebant.

Ad maiorem tamen huius loci notitiam, et perfectionem explanationem, primum consilio, per haec Dei verba constare animae hominis excellentiam, quam ille ad imaginem suam, et similitudinem non aliqua interveniente creatura, sed per se ipsum creavit. Nam quemadmodum pictor egregius aliquo insigne formaturus simulacrum, quamvis aliis artificibus eius famulis ea, quae non tantum artis desiderant praestantiam, facienda permittat, supremam tamen imaginis partem, caput nempe, atque faciem, ipse solus figurat, et perficit; sic hominis conditor in eximia nostrae animae imagine formanda, licet in materiae dispositione ad eius introductionem praevia, et in compactione corporis causas admittat secundas suae voluntatis administras; tamen ad creandum formam, quae hominis mens est, illas excludit, ipseque solus faciem imaginis ornat, ac perficit, animam scilicet rationis completem creans. Nam etsi, ut aliqui autumant Theologi, animae creationem potuerit Deus alicui creaturae tanquam operis instrumento committere, voluit tamen ad maiorem hominis dignitatem propria id manu peragere, ac provido sapientiae suae penicillo talem virtutem, ac lucem ei tantam impartiri, ut inter omnia eius opera sola hominis mens imaginem sui artificis, et creatoris haberet impressam. Quae-renda ergo, immo et reperienda nobis haec imago est, quoniam, ut ait Augustinus (lib. 4. de Trin.), *licet humana mens non sit eius naturae, cuius Deus est, imago tamen illius in ea quaerenda, et invenienda est.* Non tamen in eius assignanda similitudine cum Deo omnes sacrarum litterarum interpretes conveniunt, nec Hebraeorum magistri, ut Nicolaus a Lyra, et Abuleus referunt, unam sectantur opinionem,